

C. A. P. XXI.

Ceterum neque portiorum, neque privatae publicae tribunalis excellentiae tuae mens rationes cum dicto Libyco limitum magistratu & exactione (eo autem magistratu, eaque exactione qui quaque bademus fuit & qui quaque jam adiciatur, Marcote nempe, & Menelaita civitatis, quae Ægyptiæ provinciae sunt) nihil prorsus commune habeant: propterea quod jam ante constitutum, ut universus canon qui ex Libyæ, Marcote, Menelaitaque urbe quocunque modo, & ex quocunque eorum quae ad excellentiae tuae magistratum referuntur, & ex quoque contribuitur, ad hos sumptus quos supra diximus procedat, nempe ad alimoniam magistratum, cohortium & militum, ac denique ad solennia. Quocunque autem occasione largitionum illationum dicta nobis sunt, omnibus modis observentur.

§. 1. Quoniam vero hoc etiam in curam nostram suscipimus, ne fubditi nostri ex magnis locorum intervallis collisionem fubeant, itaque injuria afficiantur, sed ut quia Marcote Alexandriæ vicina sit, & nonnulli qui illic turbant, veniant, necesse est facere adimplem magistratus officium, tradentur autem ipsi consolationis causa aurei centum. Atque hic quidem etiam quae a nobis de Libyæ administratione constituta sunt, finem habent.

C. A. P. XXII.

Sequitur dehinc, ut transeamus ad limites Thebaicos, hoc est, duas Thebaidas, quibus praestit spectabilis dux qui a nobis hanc administrationem accipit: cui etiam harum provinciarum peculiares magistratus obediunt, quique in eodem honore in quo praefectus Augustalis est, tanquam si is ipse esset, futurus est: ac per omnia tuae excellentiae statutis tribunalique Orientali subest, quemadmodum nunc etiam spectabilis praefectus Augustalis subest.

§. 1. Damus enim illi omnem jurisdictionem & potestatem quam spectabilis Augustalis habet: jam olim ipsi attributis, hoc est duabus Thebaidis. Hoc ipsum curae tuo periculo incumbit, ut primum summa diligentia frumentum solennis illationis exigat: dein emitat, tradatque spectabili Alexandrino Augustali: & omne frumentum quod ad ipsius provinciam, civitates atque loca pertinet, quodque etiam ad illationem felices hujusmodi, & ad alimoniam a nobis Alexandriæ benigne donatam refertur, ut ad jam dictas condatas dies citra defectum & cum effectu paratum sit, suo periculo operam det: ita ut nulla in his dilatio fiat: quippe cum omne etiam obsecundantem ipsi cohortem. Periclitantur etiam milites qui in illis locis sunt, & tribuni, omneque civile atque publicum auxilium, nisi in his suppetias ferant. Oportebit autem solennis illationis quae huc emittitur, mensuram ante 4 diem novum mensis Augusti ab ipso cum effectu fluvialibus navibus imponi, & quae sub ipso est plenariam ab ipso exigi: deinde idem frumentum ante decimum mensis Septembris Alexandriam deportari, atque spectabili praefecto Augustali, aut qui ab illo in hoc designati sunt, tradi: alimoniam autem a nobis per liberalitatem magna urbi Alexandriæ donatam, ante decimum quintum mensis Octobris.

§. 2. Illud enim in consilio est, quod nisi ad dictas dies omne solennis illationis huc mittenda, atque Alexandrinis in alimoniam datum frumentum Alexandriam emissum, spectabilis praefecto Augustali traditum fuerit, ipse quod frumenti mensura desit, quodque traditum non est, id omne in ternas artabas singulis foliis apponere debet. Hoc autem periculum, non ad vitam, neque ad magistratum ipsius modo durabit, verum etiam privatus factus, & mortuus produciorem via sua exactionem sentiet. Heredes si quidem & res ipsius istiusmodi difficultatibus obnoxiae erunt: cum negligentia illius continenter adversus ipsos periculum, curam, & exactionem dabit, quoad omnis debiti ad dictum modum dissolutio fiat.

C. A. P. XXIII.

Neque vero eorum quicquam quae hactenus facta sunt, conquisitis aliis innovamus. Scimus enim, quomodo Joannes gloriosissimus comes illius magnificae memoriae filius, ante completum eundem mensis primae indictionis jam nunc praeterite, omne frumentum Alexandriam intulerit, eique qui eo tempore Augustalem magistratum obtinebat tradiderit Marcote. Ne autem spectabilis Alexandrinus Augustalis amplius metuat, statumimus, ut clarissimus pro tempore Libyae civilis magistratus suo periculo hominem indultum eligat, atque emitat huc vicarium, qui Marcote & Menelaita residet, pecuniarumque atque criminales causas, necnon alia omnia quae in vicinis circa Marcotam & Menelaitam civitatibus locis aguntur, audiet, ac quae decant faciet: tum etiam si qui Alexandrini feditiosi fuerint, hoc comprehendet, & ut eorum quae ita committuntur nihil inultum relinquatur, ad spectabilem praefectum Augustalem, scriptis ad illum publicis literis, mittet. Sane, si quum fedios aliqui Marcotam fugerint, hos spectabilis praefectus Augustalis prehendere velit, facultatem habebit, ut 6 unum aliquem ex commentariis suis cum publicis literis ad eum qui clarissimus Libyae provinciae praefectus locum supplet, emittat: quo ipsius cura & periculo ordinis honestatisque turbatores comprehendantur, tradantur, & Alexandriam emittantur. Assignamus enim dicto vicario viginti cohortales, ex ea cohorte quae provinciali Libyae praefidi parat: & milites ex illis qui illic stativa habent, numero ad quinquaginta, ut qui pareant & ministrant habeat, & ad exigenda ea quae competunt, par sit.

§. 1. Ministerium autem ipsi praebent dicti cohortales & milites, tum in conversatione ordinis, tum in aliis omnibus, quae illorum officii essent, qui ab ipso in hoc quod jam constitutum, designari solent. Exiger etiam plenariam, prout quondam a nobis constitutum est. Deinde quod huc rei annexum est (de portoriis loquimur) omnino ipsius provincialium magistratum, & obsecundantium ipsi cohortum curae atque periculo subiacet: ut quocunque civitates, loca

1 Vid. Ptolemaei. 2 De duce Thebaidos. 3 Thebais, provincia Ægypti, in ea Thebe portorium centum 5. Pto. 9. seu hecatompylos. Ammian. 22. Illud m. embole Thebaice tempus. 4 Dixi ad c. 6. 5. eod. 6 Forma mittendum litte. dixi ad Novell. 17. cap. 14. Novell. 134. cap. 5. add. l. 1. c. 1. ff. de re judicata. 8 Ptolemaei. Plenaria hic & §. 2. apochae totius debiti, apochae generales, dixi ad Novell. 128. cap. 3. in princ. 9 Tōi πάλαι ἀποδοῦναι, Nautum ergo, idem quod

atque homines suppositae huic legi descriptioni subjecimus, portoriumque titulo assignavimus, ab his circa ullam imminutionem omne aurum quod inde provenit, & exigit, & portorium 7 susceptorum tradat: idque intra constituta tempora, in nulloque prorsus illa transgressus: ne videlicet portorium rationi impedimentum inferat, quod rursum solennem illationem impedit. Certe enim ita ipsum hujus rei periculum respiciet, ut quocunque portorium susceptorum ad diem perfolutum non fuerit, hujus duplum ab ipso ejusque cohorte deposcendum sit.

§. 2. Quocunque vero ex provincia ipsi a nobis tradita excellentiae tuae mensis 12 inferuntur, haec per excellentiam tuam & scribarios, dictarumque provincialium tractatores 11 a locis, civitatibus, & personis huic sacrae nostrae legi subiectis evidentiorum exactionis facilitatem facientibus proprio ipsius periculo exigendum volumus. Illi enim hac exigunt, atque huc transmittunt. Neque securitatis 12 promissiones dabit quisquam, siue magistratum gerat, siue civitatis episcopus sit, ne spectabilis quidem Alexandrinus Augustalis, nisi iusto a folio tuo procedat, quae id velit, aut etiam ipsi tractatores. Hoc ipsum etiam fecit qui in praesentia eundem magistratum obtinet, Orion videlicet gloriosiss. urbis plenarius 13, & quae sub Joanne, & quae sub Orione collecta emissa est, tua excellentiae nosque insperimus. Secordiae igitur solummodo fuerit & prodictionis, eos qui tanti fuerint, nolle imitari: praefertim quum majorem potentiorumque illum fecerimus, & Augustalis dignitatem atque jurisdictionem ipsi dederimus. Et profecto tolerabile non esset, si qui majorem potestatem indeptus sit, superioribus se inferiorem exhibeat, universamque rempublicam periculo subiciat: se vero perpetuo exitio implicet, dum magistratu excedit, atque in iudicium protrahitur: dum in privata vita, & post mortem per suos heredes debitum dissolvit, donec in ternas artabas 14 frumenti omnis mensura quae exportata non fuerit, per solum excellentiae tuae exacta, si fisco plene admenia sit.

C. A. P. XXIV.

Imperium vero habebit & in milite & in 15 paganos: in illos quidem pro iure militaris magistratus: in hos autem, pro ratione jurisdictionis Augustalis: insuper in subiectos ipsi (quemadmodum antea diximus) provinciales magistratus, quibus dictae provinciae cura sunt, atque in obsecundantes illis cohortes: in omne item civile publicumque auxilium, & in omnem magistratum, quique rempublicam tractat: brevit, in omnes qui in illis provinciis aut sunt, aut habitant, aut pagos gubernant, aut quoquo modo rempublicam administrant. Quos facultatem habebit, ut ad se adducat, quanquam in aliis provinciis ipsi non subiectis habent, in solis tamen publicis exactionibus. Quod faciet, tametsi qui in ipsius locis sunt, aufugerint. Ita enim in publicorum tributorum exactione undique exactiones atque pretextus excludentur.

§. 1. Quod si quos illorum qui pagos 16 gubernant (pro quibus etiam periclitatur) circa solennem frumenti transmissionem, aut circa ea quae portorium provincialiumque sumptuum nomine dantur, refractarios expariat, non hos removebit, sed in custodia constituet, aliosque ad eam rem idoneos queret, atque hae tuae excellentiae folio indicabit: quo res per te, & qui in posterum eundem quem tu magistratum obtinebunt, ad aulam Imperatoriam relata, inde dispositionem iudicemque suscipiat: ita ut improbiatissimi accusati, si sic nobis videbitur, repellantur: qui vero in horum locum delecti sunt, si idoneos esse iudicabimus, sufficienter, & divina sacraque nostra atque folii tui de hoc iustione facta, in illorum pagarchias 17 atque bona subeant.

§. 2. Ante omnia itaque curare ipsum volumus solennem illationem atque alimoniam Alexandrinorum, ut suo provincialiumque magistratum & obsecundantium ipsius cohortum periculo illam Alexandriam emittat, quatenus sub ipso constituta provincia & civitates, periclitantur etiam clarissimis tribuni cum omni civili publicoque auxilio circa cingulum, bona, & saltem ipsam, nisi auxilium fuerint. Verum hic felices frumenti transmissionis 18 usque ad decimum mensis Septembris, uniuscuiusque indictionis, nisi Alexandriam emiserit, & hujus Augustalis, quive ab ipso designati sunt, tradiderit.

§. 3. Donatam autem a nobis Alexandrinæ urbi alimoniam usque ad decimum quintum mensis Octobris mittet, tradetque spectabili praefecto Augustali aut scribario, aut qui ipsorum locum obtinent, si hoc petierit: verum tamen ad eandem diem, & in hos terminos, quos solum tuum praefecerit, si & ipsi hac fieri velint: extra quam si nonnulli in hoc fidem publicam dent, ut e facris locis egressi res suas inspiciant, omnibusque modis expellendum fisco, illius satisfaciendum, curent: quo hoc tribunali sui scribarii, qui hujus rei periculum in se receperunt, accipiant. Nam quae praeter hac fides publica datur, eam nullam esse: atque ubique 19, in facris etiam locis, eum qui eo modo frustra fidem publicam acceperit, exactionem sustinere volumus. Insuper & qui ita fidem dederit, quae hinc exactiones & damna obveniant, si ipse & heredes ipsius atque successores & bona subiacent.

§. 4. Quod si quis Dei amantissimum episcoporum contra jam dicta fidem publicam dederit, necesse habebunt Dei amantissimi ecclesiae ipsi subiectae economi & defensores, ut inde proveniens damnum fisco resarciant: ac primum quidem de suo & ex bonis suis: deinde vero, si inopes sint, ex 20 ipsius etiam sanctissime ecclesiae rebus. Verum si praeter voluntatem Dei amantissimi episcopi aliquo modo ipsi dare fidem publicam ausi fuerint, non modo quod factum est, omnino irritum erit, verum etiam ipsi damnum fisco resarciant. Ad hoc etiam, si tale quippiam praeter episcopi sui voluntatem fecerint, & ab officiis quae habent removebuntur, & e sacerdotio ejicientur.

§. 5. Ac si praesens contra vetitum modum cupiam, qui publica tributa tuis mensis assignata debeat, fidem publicam dederit, aut tribuni, aut primores.

portorium. 10 Τραχύναι. 11 Τραχύναιος. 12 Αδύνη ἀποδοῦναι. vid. Edit. 2. 3. 13 Αδύνη ἀποδοῦναι, dixi ad 1. 3. eod. & ad Novell. 120. cap. 3. 14 Dixi ad cap. 6. in fin. 3. eod. 15 Αἰεὶ δὲ καὶ ἐκ τῶν αὐτῶν καὶ ἰδιωτῶν. Idem itaque hic sunt pagani, & quicunque milites non sunt. 16 Τῶν παρχαίων. Pagarchia sunt praefecti, dixi ad initium hujus editi. 17 Παρχαίος, 18 Adde cap. 22. f. 1. eod. 19 Αὐτῶν ἢ τῶν αὐτῶν ἢ τῶν ἰδιωτῶν. 20 Ecclesia de hinc economi & defensores sui, in subsidium tenetur, vid. cap. 10. f. 1. eod. vid. cap. 76. de regul. in 6.

JUSTINI

JUSTINI IMP. AUGUSTI
NOVELLÆ CONSTITUTIONES.

HENRICO AGYLÆO INTERPRETE.

CONSTIT. I.
DE INDULGENTIA 2 TRIBUTARIORUM
RELICUORUM.

Quantum studii & providentiae jam inde ab imperii nostri primordiis in comoda publica contulerimus: & quae sequuntur.

CONSTIT. II.
UT CONSENSU 3 MATRIMONIUM
SOLVI POSSIT 4.

Nihil in rebus mortalium perinde venerandum est, atque matrimonium: quippe ex quo liberi, omnisque deinceps sobolis series existit: & quae sequuntur.

CONSTIT. III.
DE HIS QUI IN OSDROENA 6 ET MESOPOTAMIA ILLECITAS NUPTIAS CONTRAXERUNT.

Idem Imperator Petro sacri ararii comiti.

PREFATIO.

Egum severitatem interdum Imperatoriam clementiam immisceri 7 convenit, praecipue vero quando subditis multis damnis atque incommodis ea res eximit: quale profecto quiddam in praesentia nostra potentia facere visum est. A patre enim nostro qui una cum alius virtutibus pudicitiam mirifice amplexatus est, conscripta lex est, quae eos qui illicita matrimonia ineunt, & punit, & multat, & ad honestatem reducit, ut ne quae extra ipsius naturae fines posita sunt, concupiscant. Ac sane perpulchra ea lex est, mirumque in modum nobis placet: adeo ut eam & ratam habeamus, & omnibus modis vigorem suum obtinere jubeamus. Verum multi ex Mesopotamia, Osdroena quoque & Euphratica provincia nos adierunt, qui docerent, quomodo nonnulli, dum consuetudinem cum Persis, (a quibus haec provincia non 9 multum distat) & qui inter illos sunt Saraceni 10 habent, partim per ignorantiam legis, partim amoris affectu victi illorum imitatione illegitimis matrimoniis conjuncti fuerint, ita ut nonnullis horum liberi atque nepotes nati sint: quomodo item nonnulli, hac cupiditatis suae occasione capta, quod paululum quiddam pro acceptis iustionibus quae istiusmodi investigari atque vindicari velint, gloriae tuae magistratui quotannis depensuri sint, post hujus rei faciendae commissionem turpis lucri causa per calumniam multos injuria afficiant, vexent, ac innocentibus negotium faciant: adeo ut saepe mortuis illis qui illicite inter se juncti fuerant, ab horum filiis, nepotibus, & ulterioris feriei liberis, qui

1 Justinus hic fuit successore Justiniani, cognomento Curophates. Paulus Aegleptensis nepotem Justiniani fuisse scribit: Zonaras, confobrinum: Cedrenus, forore Justiniani natum: Paulus Diaconus Justinianum minorem appellat. 2 Extat haec Novell. inter ceteras Justiniani ordine 148. 3 Vid. Nov. 22. cap. 4. Novell. 140. 4 Laus matrimonii. 5 Continuae Novellae Justiniani 124. 6 Severitas clementia miscenda. 7 Novell. 154. 8 De quo scriptus ideo certum inter reges Persiarum & Romanorum, vid. Amm. 17. 9 Saraceni nomen fere antiquum. Eorum enim meminit Sextus Rufus in Trajano, Saraceni, inquit, & Arabum loca occupavit. Sed ne

TIBERII IMP. DE DIVINIS DOMIBUS
CONSTITUTIO.

HENRICO AGYLÆO INTERPRETE.

In nomine Domini Jesu Christi Dei nostri.

Imperator Caesar Flavius Tiberius Constantinus, fidelis in Christo, clementiss. beneficentiss. pacificus, Alamanicus, Gothicus, Francicus, Germanicus, Alanicus, Wandakicus, Africanus, Pius, Felix, Inclytus, Victor, Triumphator, semper coleendus, Ang. sacratiss. Senatus.

PREFATIO.

Cum opera sint, quae Deo convenient, simulque eundem cum humano genere ortum habeant, in supplices beneficium esse, maleficia extirpare, & quaecunque subditis utilia sunt, ea & meditari & facere: tum ea ipsa nos praecipuum Imperatorie Majestatis insignem esse arbitrat, ex quo Deus nobis reipublica imperium atque gubernacula dedit, nulla (ut ita loqui liceat) neque die neque nocte quicquam earum rerum studio antiquius curiusque habuimus. Hinc certe quum permulti qui partim in inclyta hac urbe habitarent, partim ex omnibus ferme subditorum nostrorum provinciis alii altissime prodirent, diversimode nos adierunt: qui tamen quum prope possessores domusve quaspiam Imperatorias praedia & bona sua haberent, aliis

1 Hic successore fuit Justiniani, de quo 3. sub quo palatium regebat, teste Paulo Diacono. Cedrenus & Zonaras fuisse scribit: τῶν ἰεραρχῶν scribitur.

nihil deliquerint, quod parentes majoresque ipsorum illicite in matrimonio coierint, poenas exigant. Atque haec quidem quum dicerent, simul a potentia nostra clementiam petierunt.

C. A. P. I.

Nos igitur horum precibus admittis statumimus, ut nullus 11 omnino eorum in tribus istis provinciis, qui autem eum diem quo Deus nobis Romanorum Imperium est largitus, in illicitas nuptias incidit, ob id negotiis irretiat, vel difficultatibus ac dispendiis subdatur. Quamquam enim sacratissimum nostrum ararium ita damno afficiatur, & is quae ex lege per hanc occasionem ipsi dabantur, privetur, nihilominus tamen quod praeterit, ex speciali beneficio usque ad id tempus condonamus. Quod profecto facimus, non quasi pudicium aut quae de hac lata lex est negligamus: sed quod is qui parvo redempta talia ex fisco subrahunt, multorumque facultates ac substantias in dictis provinciis quassant, & communes calamitates cient, omnem quatuor occasionem fuccidamus. Quocirca sane legem illam, & quae in illa adversus eos qui illicite nuptias contrahunt, poenae constituta sunt, ubique per nostram rempublicam, & in paulo ante dictis provinciis inde ab initio Imperii nostri vim & auctoritatem habere, jubeamus. Provincis autem istis ideo benignitatem simul & veniam elargiti sumus, quod qui in illis habitant, Persis, & qui sub ipsis agunt barbaris Saracenis finitimi 12 & vicini sunt: itaque humanis affectibus tacti, illos imitati sint, neque naturae motum atque vim superare valuerint.

EPILOGUS.

† Proinde quod nobis visum est, & per hanc sacram pragmaticam declaratur formam, gloria tua, quique pro tempore eidem magistratui praerit, effectui atque fini tradere & observare studeat. Dat. Kal. Jan. Constantinop. Imp. DN. JUSTIN. PP. Aug. Anno 1.

CONSTIT. IV.
UT 13 DEI AMANTISS. EPISCOPI CUM PROVINCIARUM INDIGENIS, ET QUI SE QUANTUR.

Um reipublica a Deo nobis datae curam gerimus simulque ut subditi nostri in omnibus iustitiae bono fruantur, operam damus: & quae sequuntur.

CONSTIT. V.

DE SAMARITANIS 14.
Idem Imp. Dionisii sacrorum pratorum praefecto.
Ut impiam Samaritanorum heresim, & omni ratione carentem horum vesaniam, ad meliorem frugem perduceremus: & quae sequuntur.

mo fidelis id expresse Ammiano lib. 14. & lib. 23. ibi & Scenitas Arabas, quos Saraceni nos politeras appellavit. Hae ille. Inle Mahumetis genus, cuius posteri Saraceni: modum Turcae. Ne putes aliquem eum idiotam ab Agare, Agrenis: aut a Sara Abrahami uxore, Saraceni appellari. De phylarchis Saracenorum alias dixi. 11 Indulgentur nuptiae illicite Osdroenis, de indulgentia illicite nuptiarum, adde l. 87. in fin. ff. de ritu nupt. 12 Ab occident. scil. plaga, Ammianus 23. loquens de Perside, brum & Scenitas Arabas quos Saraceni politeras appellavit. 13 Extat haec Novell. inter reliquas Justiniani, ordine 149. 14 Extat haec Novell. apud Justinianum 144. cui adde Novell. 129.

2 Vid. l. 2. Cod. ut nemo privatus titulus prod. sui vel alien. impon. &c.

3 Facit 2. C. 14. 15. 16. 17. 18.

[N n nn] 3

das